



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 41. Gelasii Papæ obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

nasius Patriarcha Alexandrinus, atque Succes-  
 sorem habuit Joannem Presbyterum & Oeconomum cognomento *He-  
 moula* seu *Mela*, qui Schismati adhærens Antecessoris sui vestigia pressit.

Sæculum V.  
 A.C 496.  
*Theoph.p.*  
 121. Liber.  
 c. 18.

§. XLI.

*Gelasii Papæ obitus.*

**G**elasius Papa obiit eodem anno 496. postquam sedisset annos quatuor, & menses octo. Præter opera, quorum meminimus, scripsit Dissertationem contra Andromachum Senatorem, aliosque Romanos, qui antiquam superstitionem Ludorum, qui Lupercales dicebantur, sua ætate abolitam reducere nitebantur. Hi, quamvis se Christianos profiterentur, tamen palam affirmare audebant, morborum causam esse, quod Deus Februarius non placetur. *Edicite!* inquit S. Gelasius, *num illo tempore, quo Roma sæpissime Peste affligebatur, ut in Tito Livio legimus, huic Deo non sacrificia ferebantur? an non celebrabantur Lupercalia? imo hoc Ludicrum non ad averte-*

*Tract. 2.1.*  
*p.235. to.4*  
*Cont.*

*dam a corporibus contagionem institutum est, sed quod hæc sacra mulieribus fecunditatem dare crederentur.* (\*) *Imperatore*

H 5

(\*) Lupercal erat locus sub Monte Palatino Pani Pastorum Deo facer. Ludi Lupercales dicebantur.

Sæculum V. A. C. 496. *tore Anthemio Roman adventante certe Lupercalia agebantur, & nihilominus intolerabilis pestis grassabatur, si neglecta hæc solemnia calamitatis nostræ causa sunt, culpa profecto in vosmetipsos cadit, dum vobis hi ludi ita viluerunt, ut contempto Majorum more eos abjectissimæ hominum fæci celebrandos reliqueritis. Quare Castor, & Pollux, quorum Cultum omittere nolulistis, placidum navigantibus mare non effecerunt, ut frumenti abundantia Romæ invehetur? Edicite! qui nec Christiani estis, nec Gentiles! Lupercalium Fautores, & carminum lascivorum, hæc enim Religionem decent, cujus sacra viris honestis sunt erubescenda; Edicite, inquam, quomodo salutem vobis afferet illa Religio, quæ hominum mores corrumpit? Quare non etiam eodem pacto in Dæmonum Templis, & in Capitolio sacrificatis? quare rejecta majore superstitionis parte minorem retinetis? Verum opponitis: ab ipsius Religionis Christianæ exordio Lupercalia hucusque tolerata fuisse. Verumenimvero etiam Sacrificia aliquam-*

p. 1239.

cebantur a Panos Sacerdotibus, qui Luperci vocabantur, & nudi per urbem (subligacula tamen habebant circa partes obscænas) cursitabant, mulierum palmas uterosque caprina pelle ferientes, quod ad fæcunditatem, & facilem partum facere credebatur.

liquamdiu fuere tolerata. Num inde se-  
 quitur, sequenti tempore aboleri non de-  
 buisse? Quilibet Episcopus diversis tem-  
 poribus varios superstitionis Ritus, vel  
 viles, vel flagitiosos, absulit. Non om-  
 nes corporis humani morbi prima medi-  
 cina curantur: initium ab eo ducitur,  
 quod maximum periculum creat, ne illo  
 neglecto corpus recipiendis remediis impar  
 sit. Denique, quantum ego possum, o-  
 mni homini baptizato, omni Christiano  
 prohibeo, ne Lupercalia celebret. Soli  
 Pagani mea pace id faciant. Meum est,  
 Christianos docere, istud superstitionis  
 genus animabus funestum esse malum, &  
 perniciosum. Conscientiam meam libero.  
 Viderint refractarii, quid Divino Judi-  
 ci sint responsuri. Nullus dubito, quin  
 Antecessores mei idem prohibuerint, &  
 Imperatorum Pietatem imploraverint, ut  
 tam fædos abusus abolerent; non impe-  
 trarunt, hinc illæ lacrymæ, & totius Im-  
 perii ruina. Nolo eos socordiae arguere,  
 sed unusquisque nostrum operum suorum  
 rationem reddet.

Gelasius Papa præterea contra Euty-  
 chem, & Nestorium scripsit Tractatum,  
 quem habemus. Eum non nulli Gelasii  
 Cyziceni opus esse putarunt. (\*) De  
 eodem

To. 4. Bibl.  
 PP. p. 515.  
 Lab. Script.  
 to. 1. p. 342.

(\*) Hier ist wiederum eine hochschätzbare An-  
 merkung

Sæculum V. eodem Papa nobis supersunt fragmenta  
A. C. 496. decem Epistolarum, quæ Mandata ad a-

liquos Episcopos in causis privatis data  
con-

Dup. to. 5.

p. 647. to. 4.

Conc. p. 1244

merkung aus der Feder unsers Uebersetzers. Es heisset anfänglich: *Baronius* hat mit grosser Zuverlässigkeit den Ausspruch gethan, daß *Gelasius* von *Cyzicus* der Verfasser dieses Tractats sey &c. Hierauf folgen einige wahrscheinliche Gründe für beyde Meynungen. Auf dieses aber bringet er eine Muthmassung zu Markte, welche zwischen den 4. Pfälen seiner schwachen Einbildungsmacht gewachsen, und saget: Es scheint aber dem *Baronius* eine andere Ursach am Herzen gelegen zu haben, warum er dieses Buch dem grossen Pabste *Gelasius* absprechen wollen. Denn es steht in demselben eine sehr deutliche Stelle, die da lehret, daß dieser Pabst von der *Transsubstantiation* nichts gewußt habe. Denn indem er den Satz vorträgt, daß die beyden Naturen in Christo zu einer Person vereiniget wären, und eine jegliche Natur ihre Eigenschaften für sich behalte; so setzet er hinzu: Gleichwie im heil. Abendmale Brod und Wein nach der Einsegnung ihre Natur, und Wesen behalten. Hätte *Gelasius* ein Pabst diese Worte nicht geschrieben, so würde man es ihm vielleicht nimmermehr streitig gemacht haben, daß er der Verfasser dieses Tractats sey &c.

Solche Einwendungen sind zwar schon tausendmale widerleget; jedoch will ich anführen, was  
der

continent. In iis occurrit Nomen Episcopi Cardinalis, quo Episcopus proprius, & titularis significabatur, diversus a Visitatore,

Sæculum V.  
A. C. 496.

Gelasii  
Scripta.

der Cardinal Gotti auf diese Stelle des heiligen Gelasius antwortet: *Dato tamen, illud Opusculum esse Gelasii Papæ . . . dici potest . . .* *In Theolog. Scholast. Dogm. Tract. VII. de Euchar.*  
*Gelasium intellexisse nomine Substantiæ id, quod aliquibus abhinc Sæculis nomine Specierum, aut Accidentium intelligitur. Nam eodem libro de Pane Eucharistico loquens ait; quod in Divinam transeunt, Sancto Spiritu perficiente substantiam, permanentes tamen in suæ proprietate Naturæ. Quæ verificantur manentibus Panis, & Vini proprietatibus, etiamsi eorum Substantia in Divinam Christi transeat. Sat enim erat Gelasio Eutychianis ostendere, quod sicut Eucharistia constat duabus rebus, Corpore scilicet Christi, & Accidentibus, seu Proprietatibus panis; ita & in Incarnatione duo sunt, Divina scilicet, ac Humana Natura realiter distinctæ.*

Also kömmt unser Uebersetzer immer mit solchen Stellen aufgezoget, wo die heiligen Väter Gleichniß=weiß von der heil. Eucharistia reden, und kann auf diejenigen, in welchen sie vorsätzlich die Gegenwart Christi im heil. Sacrament erweisen, nichts, das nur erträglich wäre, antworten. Nun will ich zum Ueberflus unserm Uebersetzer einen Zeugen von der wahrhaften Gegenwart JESU Christi im heil. Abendmale darstellen, welcher bey ihm unverwerflich ist, nämlich den Doctor Luther.  
Dieser

Sæculum V. sitatore, qui non nisi ex Mandato acce-  
A.C. 496.pto Diœcesin regebat. In iisdem dispi-  
*ep. 1. 2.* citur, præter Pœnas Canonicas etiam li-  
*ep. 6. 7.* cuisse Ecclesiasticis Judices Sæculares  
 interpellare, ut atroces injuriæ sibi vel  
 suis illatæ punirentur. Gelasii Papæ æ-  
 tate

Dieser schrieb im Jahre 1545. wider die Zwin-  
 glianer ein kleines Glaubensbekenntniß, worinn er  
 sagte, sie wären unsinnige Schwärmer, Gottes-  
 lästerer, niederträchtige Leute, für welche man nim-  
 mer bethen solte; Er schwur, daß er mit ihnen  
 keine Gemeinschaft mehr weder durch Sendschrei-  
 ben, noch durch Worte, oder Werke haben wolte,  
 wenn sie nicht bekennen würden, daß das Brod  
 im Abendmale der wahre natürliche Leib unsers  
 HErrns sey, welchen die Gottlosen, und so gar  
 der Verräther Judas eben so wohl als der heil.  
 Petrus und die wahren Glaubigen in ihren Mund  
 empfiengen. Wie hält's nun Herr Uebersetzer!  
 Was Luther saget, ist klar, schlage er nur unbe-  
 schwert nach. Was hat er wider diesen Zeugen  
 einzuwenden? Noch eines Herr Uebersetzer! War-  
 um hat er hier drey ganze Abschnitte den XLII.  
 XLIII. und XLIV. nämlich den Tractat des heil.  
 Gelasius von den Sacramenten ausgelassen, in  
 welchen nebst andern das Alterthum zur Ehre der  
 Heiligen, und für die Lebendigen und Abgestorbe-  
 nen Meß zu lesen erwiesen wird? Wie läßt sich  
 dieses mit der Pflicht eines Uebersetzers vereinba-  
 ren? Warum hat es ihm nicht beliebt, wenigstens  
 seinen Lesern die Ursach anzuzeigen, warum er sol-  
 ches

tate Romæ Manichæos invenire fuit, Sæculum V. A.C. 496.  
 quos in Exilium ejici curavit, & Libros  
 eorum ante Portam Basilicæ S. Mariæ  
 comburi. Binis ordinationibus Romæ  
 Mense Febr. & Decembri creavit Pres-  
 byteros triginta duos, Diaconos duos, E-  
 piscopos sexaginta sex.

Hujus Pontificis Vita Doctrinæ ejus  
 congruebat. In Dignitate Pontificia non  
 Dominatum obtinuisse, sed servitutum  
 subiisse se existimabat. Omne tempus  
 orationi, aut lectioni dabat, nisi litteras  
 exarare cogeretur. Conversatione, & Dionys.  
 Colloquiis Servorum Dei lætabatur, & Præf. in coll. decret.  
 cum iis de Rebus Spiritum ædificanti-  
 bus agere delectabatur. Epulas, & otium  
 fugiebat, jejunii amans, & paupertatis,  
 famelicos cunctos ipse enutriebat. Ex  
 levissima Episcopi oscitantia magnum a-  
 nimarum periculum nasci dicebat. E-  
 ximia sane Prudentiæ, & Patientiæ spe-  
 cimina difficillimis sui Pontificatus tem-  
 poribus dedit. In hunc modum Diony-  
 sius exiguus Gelasium Papam nobis ex-  
 hibet,

ches weggelassen? Hier wäre eine nur erträgliche  
 Antwort gut. Es muß die Angst dieses Men-  
 schen, wenn er aufrichtig protestantisch ist, in der  
 Uebersetzung des Herrn Fleury sehr oft schier so  
 groß gewesen seyn, als des Luthers, da solcher we-  
 gen der Abschaffung des Meßopfers mit dem Teufel  
 gekämpft.



Sæculum V. hibet, prout nempe a Juliano Presbyte-  
 A. C. 496. ro, qui fuerat ejus Discipulus, audiverat.  
 Dionysius Gelasium Papam Sanctorum  
 numero accenset, & Ecclesia ejus memo-  
 riam 21. Nov. qua ad Superos transit,  
 colit.

*Martyr. R.*  
 21. Nov.

## §. XLII.

*S. Gelasius de Sacramentis.*

*Lib. Pont.*  
*Thom. Præf.*  
*in Cod. Sacr.* Sanctus Gelasius S. Ambrosii Exemplum  
 secutus hymnos concinnavit, Præfa-  
 tiones etiam & preces in S. Sacrificio, &  
 in Administratione Sacramentorum, di-  
 cendas composuit. Hinc Conjectura  
 est admodum verisimilis, eodem Papa  
 Auctore vetus Ecclesiæ Romanæ Sacra-  
 mentarium, in quo totius Anni Missæ, &  
 omnium Sacramentorum formulæ con-  
 tinentur, fuisse conscriptum. Tractatus  
 hic dividitur in tres libros, quorum pri-  
 mus imprimis officia de Tempore, secun-  
 dus de Sanctis, & tertius complectitur  
 Officia illa, quæ certis diebus non fi-  
 guntur. In omnibus Missis occurrunt  
 ab initio duæ Collectæ, una Oratio se-  
 creta, una post Communionem, & una  
 super populum. Plerisque Missis Præfa-  
 tio propria est. Liber primus Missarum  
 initium ducit a Nativitate, & ponuntur  
 præter Missam Vigilæ tres aliæ Missæ.  
 Prima Januarii occurrunt Orationes con-  
 tra Gentilium Superstitionem, quæ illa  
 Die